Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica
[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486] Seite 584



procedente tempore factum est. Quadā
vero die cum sancto Conrado constantien
si episcopo ad mensam consedit. a qua con
surgens ter missam celebrauit. Quod dñs
Conrado innotuit: dixit. Nemo illo hodie
latrior ad missam accessit: credens euꝫ co
medisse. Per oleum in cena domini ab
eo ↄsecratū multi sunt sanati ⁊ oculi pluri-
mi illuminati. Quodā tēpore in die san
cti Johānis baptiste graui infirmitate op
pssus duo iuuenes astiterūt ei. quorum vnus
ait. Quare non surgis. debes enī ad sanctū
Johannem hodie missaꝫ celebrare. qui sur
gens bis eodem die celebrauit. Post
multa miracula āno dñi nōgentesimo. eta
tis sue lxxxiij. ordinatōis sue. l. migrauit ad
dñm. Cuius corpus cum ad lauādum fuit
denudatum tanta fragrātia de eo emanauit
vt cuncta pectora astātia replerentur. Por-
tatur igitur ad ecclesiam. superuenit wolfgāgus
ratisbonensis eps: ⁊ ipm in eccla scā Affre
honorifice sepeliuit.

## De scā Kunegūde.

Ex nobilissimo pa
rentum augustorum magnorum
quoqꝫ sanguine duo immarcessibiles glorie
flores emicuerūt. secūdus videlicet Hei-
ricus Romani imperij gloriosissimum de
cus. eiusqꝫ dignissima collectalis pie mēo
rie Kunegūdis imperatrix. Eadē vero beata
⁊ deo dilecta Kunegūdis terreno impera-
tori corporaliter nō carnaliter cōiuncta. celesti
regi virginitatem suam consecrauit: quā
vsqꝫ in finem casti coniugis consensu deo
teste conseruauit. Quod postmodum di-
uinitatis testimonium ne lumen in tēbris
lateret ostendit. dum eam ad cōfundēdum
virginitatis hostem ⁊ obstruendum os mē
dacium contra virginem christi loquentium
super ignitos vomeres īcedere: ⁊ illesam
procedere dedit. In fastibus itaqꝫ cōstitu-
ta continētie sue gloriam sub terreni clami
de imperij satagebat abscondere vt tāto pro
pensius quanto efficacius poterat promo-

ueret. qui deo instigāte illo quoqꝫ adiuuā
te ad laudem ipsius cogitabat pficere. De
niqꝫ postmodum nouellā fecundissime plā
tationis sue ecclesiam quam cum illo suo
studiosissimo cooperatore Heinrico in lo-
co Bambergensi venustissime sicut acte-
nus cernitur fabricauit. sub patrocinio prin-
cipis apostolorum beati Petri. ⁊ sancti Ge
orgij martiris: monasteriuꝫ sub regula bea
ti Benedicti ad aquilonarem plagaꝫ in ho
norem sancti Michaelis archangeli extru
xit nō minori studio prediorum quoqꝫ ac di-
uersorum donarijs ornamentoruꝫ. Terciā
demum versus meridiem sub ordine cano
nicorum sub titulo beati prothomartiris Ste
phani paruo quidē scemate sed maiori ope
ra de suo matrimōio ecclesiam dedicauit. ad
quam dedicandam Bñdictū papaꝫ quem
prefatus deo dignus imperator Heinricus
ad ↄfirmāduꝫ Bābergen. pōtificatū aduo
cauerat venire rogauit. ipa quoqꝫ illō psal
migraphi secū decantās. Dñe dilexi deco
rem do. tue. Diuersa eidē eccle iuxta īperia
lem magnificentiā munera ↄtulit in diuer
sis ecclesie ornamentis. que omnia ipe do
minus apostolicus vt semper memoria sum
datricis ipsius illic floreat. ne quis per fraudē
aut violentiam vel furto subtraheretur inde
dura banni sui innodatōe: septuaginta quo-
qꝫ duorum epōrum qui illic aderant auto
ritate ipō die cōfirmauit. Item mōasteriū
ad honorem sancti saluatoris nri Jhesu xpi et
eius victoriosissime crucis in loco qui ↄfu
gia dr magnifice ↄstruxit. ⁊ ācillarum dei ibi
deꝫ deo sm regulā beati bñdci famulantiū ↄgre
gatōnem decētissime declinauit. Porro co
operante ei in ōnibus imperiali maiestate: idem
mōasterium ōni ornatu decorauit. nā princi
pale altare yconā de auro ⁊ lapidibus pre
ciosissimis statuit. calices aureos ⁊ argēte
os. catinos aureos. aureos vrceos. pallas
⁊ casulas. vela ⁊ cortinas. capas auro ⁊ gē
mis preciosis intextas. ⁊ cetera vtēsilia si-
ue vasa ad misteria tāto studio ⁊ tam sum-
ptuosis expēsis eidem eccle ↄtulit. vt qui-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0583
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG